



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 39.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

locutio lethale doloris vulnus exprimit; ac si dixisset, *tristitia se exanimem esse vel semi-mortuum.* Sic Io-
nas Dominus respondet, cap. 4. *verbi gratia sum vsque
ad mortem.* Quod ideo admoneo, quia ex vetustis scri-
pturis quidam hunc locum argute tractando inae-
que philosophantur, quod Christi anima non in mor-
te. Sed vsque ad mortem tantum tristis fuerit. Atque
hiis tantis moris causa in mentem venire no-
bis debet; neque enim sic animam Filij Dei mors per-
fecit, nisi cum Dei iudicio sensisset sibi esse ne-
gocium.

§. 1. *Prodit, inquit, se carnis infirmitas, affectus intus se
produnt.* Verbis dari venia potest, sed impium illa sen-
sum continent. Ne ergo affectus prorumpere suo pu-
temus impetu, ut corrigendi sint. Hoc enim postea
audimus ex ipso Caluino. Nolim certe eo modo lo-
qui, vti de eam prorumpere, aut effundere, nisi adda-
mus id fieri Christo providente, & virtutis causa per-
mittente.

Secundum etiam improbum est, omnes nostros
affectus vitiosos esse: quia in excessum ebulliunt. At
non potest, ut ita contineantur ne vilo modo exce-
dant. Aliqua tristitia, & læticia vitiosa est, at potest ef-
fectus moderata, ut vitiosa non sit. Si non admittit vl-
lum affectum innoxium, iam in stoicorum castis mi-
lis. Seneca. a. Chrysippus, Zeno nullum affectum sine
culpam offerebant. Cicero Tulo. 4. Sen. Epist. 76. &
Epist. 85. omnes affectus in malis animi censet, falsam
& iniquam mediocritatem pronunciat, at Christus
Dominus mediocres & temperatos affectus admisit.
Seneca nullam moderationem admittit. Epist. 116. *V-
trum istum suum modicos habere affectus, an nullo sape quasum
est. Nihil illi expellit: Peripatetici temperant. Ego non video
quomodo salubris esse, aut vitiosus possit vlla mediocritas morbi.
Nihil tamen nihil est, quæ tibi non vis negari, eripio: facilem
mendacemque, præbebo, rebus ad quas tendis, & quas aut
vite negligas, aut vitiles, aut iucundas putes: detrahā vitium.
Nam cum tibi cupere interdixero velle permitam: Vt eadem il-
la inceptus facias, ut certiore consilio ut voluptates illas magis
sentias. Quamvis, ad te magis perueniunt, si illi imperabis,
quam si ferias. Sed naturale esse inquit, ut desiderio amici tor-
quear: da tempus lacrymæ tam iuste cadentibus. Naturale est o-
mnium hominum tangi, & aduersis contristari: quare non
permittas tibi hunc tam honestum mala opinionis metum.
Nullum vitium est sine patrocinio, nulli non initium, est vere-
cundum & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obinebis
ut dignat, si incipere permiseris. Imbecillus est primo omnis af-
fectus, deinde ipse se concitat, & vires dum procedit, patat: Ex-
celsior facilius quam expellitur. Quis negat omnes affectus à
quodam quasi naturali fluere principio: cur am nobis nostri na-
tura mandauit: sed huc ubi nimium indulgeris, vitium est. Vo-
luptatem natura necessarijs rebus admisit, non ut illam pe-
teremus, sed ut ea, sine quibus non possemus vivere.*

Caluini d. scipulus Pareus l. contra Bellarminum
de gratia primi hominis, etiam ipsum arbitrium pec-
catum facit. Verba eius sunt. [Vt igitur non sequitur:
Qui gignit hominem non est ipse homo: sed contra
Qui gignit hominem, est ipse etiam homo: quia vnū
quodque gignens, gignit sibi simile, & omne genitum
participat naturam sui gignentis: ita minime sequitur.
Concupiscentia gignit peccatum. Ergo non est ipsa
peccatum, sed contra: Ergo & ipsa peccatum est. Cau-
sa enim Peccati peccatosa sit necesse est. Hinc sequi-
tur liberum arbitrium Adami genuit peccatum, ergo
& ipsam erat peccatum. 1. Vnumquodque gignens
gignit sibi simile, concupiscentia est gignens peccatū,
ergo gignit sibi simile, ergo & ipsa peccatum. 3. Omne
genitum participat naturam sui gignentis: peccatum
autem est genitum. ergo participat naturam sui gig-
nentis ergo genitrix concupiscentia etiam ipsa pecca-
tum est. Ergo genitor Adam etiam ipse peccatum est.

Adami Conzen. in Euang. Tom. 1.

Sic ergo & arbitrium Adami & Adamus ipse peccatū
est.] Fœdior hæresis cogitari non potest, pariter esse
sequitur, non modo voluntatem peccantem esse pec-
catum sed etiam hominem ipsum, unde voluntas man-
nat, & Deum à quo factus est homo. Hæc porro est
hæresis Flacciana.

§. 6. *Mortem non horruisse Christum putat, per eam enim
de terra in cælum migravit.* Contrarium Christus pro-
testatur, mortem ter deprecat, transire calicem de-
siderat, mortem igitur timuit, mors quidem transiit
erat de terra in cælum. Sed transiit tamen in cruce as-
per, pleus tormentis, ideo mortem horruit ut ho-
mo. Mortem nihil tristius concepit. Horribilis abyssus,
exitij nullo eum metu cruciauit. Non timuit Deum
iudicem, quem sciebat patrem. Certissimus de salute,
de gloria resurrectionis, de regno æterno erat, cur da-
nationem timeret? Quomodo metueret Christus po-
tuit exitum, cum non metuant Calviniani? [Neque
enim, inquit Calvinus. l. 3. inst. c. 2. §. 6. vnum id in fidei
intelligentia agitur, ut Deum esse nonerimus, sed et-
iam imò hoc præcipue, ut quæ sit erga nos voluntate,
intelligamus, neque enim scire, quis in se sit, tantum
nostra refert, sed qualis esse nobis velit.] Calvinus in
media apostasia, Beza inter libidines dubias certo scit,
Deum sibi propitiū, non metuit, non dubitat: Chri-
stus Dei filius, in quo peccatum non erat, metuit? Si
timuit, hæsitauit, & ergo in Christo fuit, quæ in
nobis ferre non possunt. *inquit* seu halitationem Pa-
reus appellat Rom. 8. 2. *desperationis officinam.* Barabru
infern. & v. 25. *Vestibulum inquit inferni.* & dub. 6. *con-
scientia perpetua fluctuatio, & Rom. 11. fides non potest con-
sistere cum dubitatione. Qui dubitat an sit saluandus non cre-
dit vitam æternā. & c. 15. Rom. gaudium non potest esse & pax
ubi non est spes, id est an hoc esse.* Christus igitur cum illa
dubitatione colluctaretur non potuit, nisi Deo non cre-
didit, quod impium est vel cogitare. Verum de his
plura paulo post dicam.

Christus
mortem,
non inferos
timuit.

Calui-
niani nō
timēt
inferos.

VERSUS 39.

*Et progressus pusillum, procidit in fa-
ciem suam orans, & dicens: Pater
mi, si possibile est transeat à me ca-
lix iste, verumtamen non sicut ego
volo, sed sicut tu.*

QVÆSTIO I.

Cur Christus petiuerit ut à se calix transiret?

§. 1. Sequitur nunc oratio Christi ter repetita, sum-
mo in mœrore, dormientibus discipulis, Ange-
lo solante, sudore sanguineo erumpente. Oratio illa
humanæ naturæ desiderium indicat. Secundum hoc
orat, secundum quod tristatur, ut Origenes monuit.
Tres fidei sumos secum adducit, & vigilare iubet, *susti-
nere hic, utinam. qd. Syrus. 15. 17. Kanaan li. expectate
me. dixerat enim: tristis est anima mea vsque ad mortem.
17. 33. agnoscendo est anima mea, deinde progressus pu-
sillum, Lucas tacitum lapidis esse ait.*

§. 2. Oratio illa meditata fuit, ideoque religionis
& prudentiæ opus, summæque caritatis & obedi-
entiæ erga Deum promptissima demonstratio. Non e-
nim tantum appetitus sensitiui, sed rationis & volun-
tatis est actio. Mortem natura horret, hanc depreca-
tur, hoc naturæ desiderium Deo exhibet: non contra-
dicens Deo, non agens contra præceptum, sed huma-
næ naturæ imbecillitatem ostendens: appetitus autē
inferior natura sui conseruationem desiderat. Quænis
iple appetitus etiam ex redundantia voluntatis sese

Oratio
meditata
est.

diuino imperio conformare soleat, vt exponit Soarez in 3. p. Tom. 8. & Tom. 3. Verum illa ratio conformitatis appetitus non nisi ex voluntate est: quamuis enim appetitus inferior, iussu voluntatis in rogum, & in eculeum ascendat, ex sua tamen natura renititur. Quemadmodum corpus nostrum & membra voluntati obtemperat etiam ad destructionem & exitum sui. Naturæ tamen semper est aliqua repugnantia: nam & deorsum descendit, & manus ac pedes, clauis forantibus restiterunt, omnia tamen voluntati seruiuerunt. Sic appetitus fugit dolorem, in fame cibos, in sibi potum desiderat. Explicuit hanc orationem D. Ambr. de bono mortis cap. 7. & in Psalm. 39. Vnde etiam ad sacrificium passionis voluntarius accessit. Meritoque prædixit. Voluntarie sacrificabo tibi. Sed forsè dicas, quomodo in Euangelio dixit. Pater si possibile est, transfer à me calicem hunc: sed non sicut ego volo sed sicut tu vis: & videtur quidem esse distantia voluntatis: verum intelligimus aliud esse, quod secundum unitatem diuinitatis exprimitur, vbi dicit. Ego & Pater vnum sumus: aliud quod secundum hominis est locutus affectum, quem innuit cautum esse debere, nec presumere, quod facile implere non possit: ne diuinitati quæriri in cidalat sacrilegiū.

Facere non possum quin S. Ambrosij verba quæ in ista commentarij sunt ex lib. 10. in Luc. cap. 22. adferam, me enim mirabiliter delectant. Doles, inquit, ergo Domine, non tua sed mea vulnera, non tuam mortem sed nostram infirmitatem: & nos estimauimus te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed pro me doleres: Infirmitas enim es, sed propter peccata nostra; non quia illa tibi infirmitas erat ex parte assumpta. Sed pro me suscepta: quia mihi proderat vt e-ruditio pacis nostra esset in te, & luore tuo vulnera nostra sanares: Sed quid mirum si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit: & quid mirum, si moriturus pro omnibus taceat, qui Lazarum resuscitaturus illacrymat: Sed & ibi pia sororis lacrymis commouetur, quia mentem humanam tangebant: & hic alto operatur affectu, vt quia in carne sua peccata nostra perimebat, merorem quoque anima nostra sua anima merore aboleret. Et fortasse ideo tristis est, quia post Ada lapsum tali transitu nobis erat ex hoc seculo recedendum. Vt mori esset necesse. Deus enim mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum, & ideo fastidit, quod ipse non fecit. Denique ait, transfer à me calicem hunc. Quasi homo mortem recusans, quasi Deus sententiam suam seruans. Oportet enim mori nos seculo. Vt corpore iuxta diuinam sententiam, in terræ limbum naturæ sine soluto, spiritu resurgamus Deo. Quod autem ait, non mea voluntas sed tua fiat: suam ad hominem reuoluit, patris ad diuinitatem. Voluntas enim hominis temporalis, voluntas diuinitatis æterna. Non alia voluntas patris, alia filij: vna enim voluntas, vbi vna diuinitas. Disce tamen Deo esse subiectus, vt non quod ipse vis eligas, sed quod Deo scias esse placitum. Deinde verborum ipsorum proprietatem consideremus. Tristis est inquit anima mea. Et alibi. Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo suscipiens sed suscepta turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, diuinitas libera. Et enim spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis est autem non ipse sed anima. Non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. Non me fecellit, vt aliud esset, & aliud videretur. Tristis videbatur & tristis erat non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Denique ait: Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis: Tristis erat, quia nos paruulos relinquebat. Ceterum, quam constanter se morti obtuleris, connexa declarant: quandoquidem querentibus occurrit, turbatos confirmauit, trepidos prouocauit, proditorem osculi dignatione suscepit. Nec illud distat à vero, si tristis erat pro persecutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegiæ panis daturus. Et ideo dixit. Transfer hunc calicem à me. Non quia Dei filius mortem timebat, sed quia nec malos perire volebat. Vnde & dixit, Pater dimitte illis hoc peccatum, ne exitialis esset populo passio sua, futura omnibus salutaris.

§. 3. Nunc Caluinum vere Antichristi satellitem & latanæ mancipium audiamus.

Primo. Orationem probat solitariam, tum ob alias causas, tum vero, quod Deus multas ineptias suis permittit dum seorsum orant, quæ in hominum conspectu ostentatione non carerent.

Secundo. Ego vero tam etiam abruptum fuisse votum fateor, non tamen dubito, quin precationem Christus conceperit.

Tertio. Nec obstat, quod rem impossibilem sibi concedi poscit: quia non semper fidelium preces continuo tenore ad finem vsque fluunt: non semper & quabile temperamentum seruant, non semper etiam distincto ordine sunt compositæ: quin potius implicite & perplexæ vel confingunt secum vel in medio cursu subsistunt.

Quarto. Mem perculsus fuit, vt necesse foret, inter violentos tentationum fluctus, quasi alternis votis vacillare. Hæc ratio est cur mortem deprecatus mox sibi fratrem iniiciat: Patrique imperio se subiiciens, Votum illud subito elapsum castigat ac reuocat.

Quinto. Sed quæritur quomodo æternæ patris decretum rescindi postulet, cuius minime ignarus erat. Nam etiam interponitur conditio. Si possibile est, hoc tamen absurdum videtur, flexibile Dei, consilium mutare. Si enim penitus statuere conuenit fieri non posse vt Deus consilium retractet. Apud Marcum verum videtur Christus Dei potentiam decreto opponere. Omnia inquit tibi possibilia sunt. Atque perperam huc Dei potentia extenditur, vt variū & mutabile reddendo, veritate eius infirmet. Respondeo nihil esse absurdum.

Sexto. Certe in primo voto non apparet placida illa moderatio quam dixi: quia mediatoris officio defungi quantum in se est, tenuit ac retractat.

Septimo. Hic indocti homines insurgunt, remque indignam esse clamitant, quod veritus sit Christus absorberi à morte. Ego autem ipsos mihi respondere velim, quænam metum fuisse putent qui guttas sanguineas Christo expressit, nunquam enim nisi à duro & insolito horrore fluxisset mortalis ille sudor. Si quis hodie sudando sanguinem emittat, & quidem tanta copia, vt guttæ in terram distillent, incredibile potentū erit. Si cui hoc contingat mortis timore, pusillo & muliebri animo esse dicemus. Ergo qui Christum negant precatum esse vt eum pater à mortis gurgite eriperet, molliorem illi affingunt vel plebeio homine indignam. Si quis obijciat infidelitatis esset imorem illum quem dico: in promptu solutio est, cum diuinæ malæditionis horrore perculsus est Christus, sic tactum fuisse carnis sensum, vt fides illæsa & incolumis permaneret. Fecit enim naturæ eius integritas, vt eadē quæ nos suis aculeis pungit, tentationes sine vulnere sentiret. Plura habet Lib. 2. inst. c. 16. §. 8. & c. 13. c. 8. §. 9. Ante omnia Catechismus Heidelberg. de descensu ad inferos. fol. 21. Verum singula expendamus.

§. 4. Orationem solitariam Christus frequenter inculcat, & agendo, & monendo: multaq; eius sunt utilitates: At nusquam illa Caluiniana à Sanctis patribus est tradita: Quod Deus suis multis ineptias permittat, dum seorsum orant, ipse Dominus promittit fore, vt pater, qui est in abscondito reddat, non fore vt ineptias permittat. At quænam illæ sunt ineptiæ: Definit eas esse, quæ in hominū conspectu ostentatione non carerent. Nō fuit hic quæstio: Quænam illæ sunt, quæ ostentatione non carerent: An *γυναικεία*, in facie projectio, luxuria, peccatoris tunisio, gemitus, lacrymæ? an manuum extensio, clamor, meditatio, eiusdem iteratio: Hæc Caluinus ineptias vocet, sine dubio impie filium Dei, & fideles irridet, nam quædam Christus vsurpat, & in vtroque testamento sancti vsurparunt, vt non ineptiæ, sed incitamenta pietatis, signaque deuotionis vocati & censerī debeant.

§. 5. Abruptum votū appellat, quod vitiosum est. Nam

Nam abrupta oratio, aut abruptus est locus orationis, quæ cum ceteris non cohereret, quales sunt patheticæ, quæ impetu affectuum voluntur, non autem ratione gubernantur. Sic autem à locis terræ, & rupibus dominantur, quæ præcipitia, & rupes habet. Votum hoc Christi, quamvis naturæ tristantis indicium fuerit, pacatissimæ tamen rationis opus erat. Ostendit eum se accepisse, non tamen carnis imbecillitate se per abrupta deuolui. Verissime Tertull. l. i. de fugâ in persecut. licet iam tum non amplius noster. cap. 8. *Propterea quidem & ipse est: animam anxiam usque ad mortem, & carnem infirmam, ut tibi ostenderet, primo in se remanere, utque substantiam humanam fuisse ex proprietate anxietatis animæ, & imbecillitatis carnis, ne aliam ve quidam nunc putarent aut carnem aut animam Christi interpretarentur.*

6. Gratius est quod addit. Rem impossibilem petitis; & preces fidelium non semper eodem tenore fluere respondet; quæ si ad Christi preces pertinere indicant, eum concedat necesse; si ad Christum non pertinet defectus precum, quas fideles fundunt: scilicet preces Christi omnia scientes cum precibus fidelium comparantur. Queritur enim cur Christus, non cur fideles impossibilia petant. Ad Christum, quod attinet, Augustinus l. 3. c. 4. de consensu Evangelistarum interpretatur, si possibile est fieri. Quibus verba si adiungas, quod illi duo dixerunt, & quod ipse etiam Marcus ex persona sua pariter posuit, ita sententia manifestatur: ita si fieri potest, omnia enim tibi possibilia sunt, transfer calicem istum à me: ne quis eum putaret patris minuisse potestatem cum ait, si fieri potest: non enim dixit si facere potes: sed si fieri potest. Viri autem potest, quod ille voluerit. Sic itaq; dictum est si fieri potest: ac si diceretur si vis. Manifestauit enim Marcus, quæ intellectu accipiendum sit si fieri potest: quando ait, omnia tibi possibilia sunt.

Vera interpretatio, non enim de absoluta Dei potentia, sed voluntate agitur. Omnia autem, quæ sunt apud quatuor Evangelistas, dicta non dubito, cum ter orant, & desiderium pluribus verbis aperuerit. Non igitur petit, quod est impossibile, sed naturæ infirmitatem mortis horrore trepidantis offendit, ut eum patri offerat, & eius imperio immolandum tradat. Sic & Ambrosius l. 2. de fide c. 3. Scriptum est inquit: *Impossibile est transferre à me calicem hunc. Et ideo non immerito est, quomodo de possibilitate ambigit? Ergo qui omnipotentem probauit, utique ambigere eum de possibilitate non posse. Verba inquit, Christi sunt. Verum dicis. Sed quando, & in qua forma loquatur aduerbe. Homini substantiam gessit, hominæ assumptæ affectum. Denique supra habes, quia progressus pugnam prouidit in faciem suam, oras, & dicens: Pater si possibile est. Non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur. Deus enim possibile aliquid, aut impossibile nesciebat. Aut aliquid impossibile Deo cum scriptum sit: impossibile enim tibi nihil est: De quo autem dubitat, de se an de patre: Deo eo utiq; cui dicit. Transfer: & dicitur hominæ affectu. Ergo propheta non putat aliquid impossibile Deo. Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Deum inquit a hominibus constitutus Deum: Et dubitat de Patre Deus & de morte formidat: timet ergo Christus: & cum Petrus non timeat, Christus timet: Petrus dicit: animam meam pro te ponam, Christus dicit: Anima mea turbatur. *Primum, verum est, & primum utrumq; rationi. Itaq; Dei filius orationem non abruptam, sed continuo tenore usq; ad finem illa decurrit. Non est sapientissimæ animæ, non posse perficere, aut non nolle. Ab æquabili temperamento prudentiæ, cōsiderationis, pietatis, nulla Christum turbationis prole dimouet: nihil in eo, à quo est omnis ordo, esse potest inordinatum. Nihil in eo perplexum, aut impicatum, qui omnes hostium cogitationes, omnes penas usque ad minimum flagellorum idem præuident, & ipse suscipiebat. Curfus itaque nulla meditatione obliquatus est, sed recta ad portum tendit. Nec vacillauit alternis votis, ut nunc vellet**

mortem, nunc noller. semper voluit, ad mortem venerat, à Deo decretam nouerat, sic impleri oportere scripturas prædixerat, imo impossibile norat, aliter fieri: nec mutari Dei immutabile decretum postulat. Sed natura, ut talis erat, motum exprimit. Nec secum configit, nec contrariis voluntatibus agit, sed varios sentit, & sponte motus. Natura contestatur, caritas spiritali læticia fruitur.

Quod vero addit, frenum sibi iniicere, & votum *Christus se subito elapsum castigare ac reuocare: iam omnino non castigat errantem.* filium Dei peccati accusat. Si frenum motibus iniicere necesse est, extra orbitum igitur euagabantur, si castiganda fuerunt desideria, & reuocanda, non igitur sine vitio Dei filius, qui quamuis se ipse correxerit, & castigarit, & vota effrenia reuocarit, non tamen idoneus est redemptor, cum peccato non caruerit. Si enim vota, quæ freno retinenda, reuocanda, castiganda fuerunt, secundum rectam rationem, & Dei legem concepta fuerunt, nihil in illis fuit castigandum. Sed omnia Christi facta, dicta cogitata perfectissima, atque exactissima virtutis fuerunt, meritique. Improbatur igitur fuit votorum sanctissimorum reuocatio, ac correctio. Si virtutis illi decus ac perfectio defuit, peccatum fuit. Omnia enim Christi opera vel bona, vel mala fuerunt, nullum adiaphoron. Si peccauit subito voto, mortale igitur crimen fuit ex Caluini dogmate, nullum enim agnoscit veniale peccatum. At subito elapsus est. Si votum est animi sibi presentis, de liberantis, libertate sua ventis, non potest excusari, *Non fuit qui sciens volens, votum, quod castigatione & reuocatione egebat, conceperit. Correctio non facit, ut votum, peccatum non fuerit, sed vt ne sit; non potest corrigi, nisi quod deprauatum est, non debet castigari, nisi quod imputatum est. Quin Christum facit instar aliorum hominum vitiosum: si enim votum freno, correctione, reuocatione, castigatione dignum subito elapsus est, idq; inuito, vel alia cogitatione occupato, uti solent, hominum, non ergo omni modo in sua potestate habuit affectus. Talis ergo Christus, quales describunt stoici miseros homines quorum affectus rationes, & consilia præcurrunt, quibus suaderi non potest. Non sunt affectus vitiosi, à Deo enim dati sunt, ideo Aristoteles recte dixit, iram virtuti pro armis esse, apud Senecam l. de ira. Sed à nobis summi deponiq; ut bellica instrumenta, non possunt, induentis arbitrio. Ipsa sæpe per se pugnant, non expectant rationis vt ducis imperium, ante signum datum inconditè procurrunt. Quod si in Christo eadem est infirmitas, vt suo iure prorumpant affectus, vt habeant, non habeantur. Si Christum non ratio, sed etiam tristitia bruto impetu, non expectata tuba mouit, ita erroris sui à se penas exigere oporteret. Posset etiam ira, dolor, voluptas, quod potuit tristitia: atq; ita Christum fingit Caluinus, quales Deos suos poetæ, vitiis humanis obnoxium. Falsum igitur est, quod ait. Non fuit igitur hac meditata Christi oratio, sed vis & impetus doloris vocem ei extorsit, cui statim addita fuit correctio. Extorsit: Tenere ergo non potuit, aut quantum niti in contrarium potuit, noluit. Si non potuit, affectu igitur victus agebatur, si noluit, cum posset frenare affectum, deliquit, quod corrigere maluit, quam non facere corrigenda. Plus sapienti suo stoici tribuebant. Nam vt dixit Zeno, (Seneca l. de ira c. 16.) in sapientis animo etiam cum vulnus sanatum est, cicatrix manet, sentiet itaq; suspiciones & umbræ affectuum, ipsi quidem carebit. At Caluinus iam in Christo & vulnus, & cicatricem concedere debet, quando affectum extorsisse vocem non meditatam vocem corrigendam pronunciat. Mallianum sed falso Claudianus dilaudat.*

Seruauit inoffensam diuinam modestia vocem. Temperiem seruauit oculi, nec lumina seruat

xy 4

Asperat

115
113
angelica

Nihil
Christo
extortum.

*Asperat, aut rabidas diffundit sanguine venas.
Nullaque mutati tempestas proditur oris.
Quin etiam fontes expulsa corrigis ira.
Et placidus delicta domas, nec dentibus unquam
In frebris horrendum, fremitu nec verbera posc.
Qui fruitur poenâ serus est, legumque videtur
Vindictam præstare sibi, &c. Dis proximus ille est,
Quem ratio non ira mouet, qui facta rependens
Consilio punire potest.*

Adulantis illa sunt, at in Christo verissima. Improbe itaque Calvinus Christum minoris æstimat, quam suos Heroes Ethnici.

*Meditata
Christi o-
ratio.*

§. 7. Totam igitur Christi doctrinam incertam facit: si enim aliquando dolor vocem corrigendam extorset seu volenti, seu inuito, certe erranti; quispondeat, id non sapientius esse factum? Qui aliquando deliquit, sine peccato non fuit. Non fuit oratio meditata, inquit. Quomodo non meditata, cum toties se venisse profiteatur, ut animam ponat pro omnibus suis? cum Petrum à morte subeunda deterrentem vocaret Satanâ: Quid aliud meditatus est tota vita, nisi mortem? Proloqui non meditata, ut lingua præcurrat mentem in magno vitio ponitur: quod ablit, ut Christo impingamus. Iob certe eum superaret, qui inter lōgos cruciatus labiis suis non peccavit, cum metus tormentorum Christo vocem corrigendam extorserit, Iob autem in ipsis cruciatibus æstuans ratione, & pietate vocem moderatus sit.

Deliberata autem oratio fuit; nam & mortem ut naturæ inimicam, tormenta tristissima, ut in se mala, & vitæ noxia ex ea consideratione deprecatur, vox enim illa naturæ est, quæ mortem & cruciatus ut in se, sine alia consideratione spectantur, merito, iureque, & sine culpa horret, & fugit. Rursus eandem mortem qua erat redemptio, & à Deo iussa amplectitur.

§. 8. Eadem inquit vehementia cœlestis decreti memoriam abstulit.

*Non est ob-
litus officij
sui.*

Excusare vocem vi doloris extortam nititur. Vehementia dolotis oblivionem induxit, caliginem oculis obduxit. Indigna vox Christiano. Si metus supplicij memoriam abstulit, quid ipsum supplicium facturum putemus? Si memoria decreti cœlestis excusata est, si ratio sopita, si scopus incarnationis in mente non erat, redemptor non erat. Si pati noluit, quod hoc decretum esse, oblitus fuit, nec reliqua ergo meminerat, se Dei filium esse, Messiam esse. Eaque oblivione ut precando, sic iubendo, docendo delinquere potuit, si enim oblivione cœlestis decreti ad indignas se preces impulit, ut in primo voto non apparet placida illa moderatio, quam Calvinus dixit, *Quia mediatoris officio defungi, quantum in se est, renuit, ac delectat, etiam ad imperia, ad fugam impellere poterant.* Hæc quidem refellit ipse textus. Si mediatoris officio defungi delectat, non ergo oblitus erat etiam in ipsa oratione, sibi imposuit. Si tenuit Deo sese opponit. Deinde ter eundem sermonem orat, semper infirmitas humanæ naturæ desiderium proponens, & Dei se voluntati resignans, non igitur subita erat oratio, non extorta vox, non sine meditatione. Quomodo enim postquam bis sese corripit, & abruptum votum revocavit, ac castigavit, tertio eadem oblivione ac caligine, sui, rerumque oblita suarum voluntas Dei imperium delectat: Falsum igitur est, quod sexto loco Calvinus ait, in voto non fuisse placidam moderationem. At ubi deest moderatio affectuum, siue tristitiae siue desiderii, non est perfecta harmonia, & integritas virtutum, rationis dominum eliditur. Hoc enim quod supra & præter moderationem inest, vitiosum est, quod quamvis sit exiguum, quia tamen à regula recta desectit, primum est. Et quamvis tenui & leni commotione pulsa animum, inquierum tamē est, ac turbulentum, & licet

fluctus procellasque non concitet, leniter tamen motus ciet. At vero nos Christum omni ex parte perfectum dicimus, in quo nullus, ne minimus quidem, qui ingi possit, nili ex sanctissima voluntate affectuum motus conditur: nec à magnis duntaxat, sed ab omnibus malis immunem dicimus.

§. 9. Tandem argumentum indoctorum solvere conatur. Si mortem timuisset, molli fuisse, damnationem metu perculsus est.

Respondeo. Metum fuisse ingentem & pauperem, metum autē mortis, non inferni. Nec ex eo argui Christi molliem, sed heroicā animi fortitudinem, qui ipse illam affectuum trepidationem admisit, cum vel martyres tormenta formidant, vel malefici ad suppliciorum aspectum impallebant, violento terrore concutuntur, excludere non possunt, multo minus sistere: collisa genia, dentium stridores, cæcæ imbecillitates ostendunt obtui illos metu & rapi, non eum in potestate habere. Alia est metus ratio, cuius humanitatem demonstrat, pati enim & illam voluit, & tam magnum metum esse voluit, nulla necessitate, sed liberrima voluntate. Hoc igitur argumento Calvinus totam impietatem effudit. Nam aut argumentum illius vanum est, aut Christum non sponte passum esse illum metum necesse. [Si quis, inquit, hoc die fudo, do sanguinem emittat, & quidem tanta copia, ut regna in terram distillant, in credibile portentum erit. Si cui hoc contingat mortis timore, pusillo & muliebri animo esse dicemus. Ergo qui Christum negant peccatum esse, ut eum pater à mortis gurgite eriperet, molliem illi affingant, vel plebeio homine indignam.]

Respondeo. Propositionem seu antecedens distillogui oportere. Si quis metu mortis coactus sanguinem sudet, aliquando posse esse animo pusillo, at si aliquis metum ita in potestate habeat, ut vel metuat, si velit eum affectum admittit, vel non metuat, si velit excludere, sponte autem, ut plus patiarur admittat, & quantum velit, admittat, non fore pusillo animo, si vel maximam tristitiam animo concipiat. Si martiri pro gloria Dei omnia, quæ in tormentis sunt tristissima subeunt, tantum Deus robur, viresque suggerat, ut sine mœrore cruciatus tolerare possit, cœlesti consolatione delibutus, (quorum exempla multa sunt), ille autem ardore plura patiendi, minui aliquid de solatio ac gaudio postulet, naturamque sibi relinquit, ut in interio etiam dolore crucietur, eumque cum excludere, vel temperare possit, acerrimum voluntario animi consilio admittat, nemo hunc mollem, aut pusillum animo eliceret: sed virum robustissimum, qui non cruciatus modo toleret, sed eorum etiam mitigationem respiciat. Hoc Christus fecit, dolores enim suos gaudio beatitudinis, quo fruebatur, noluit eludere, sed externum Angeli solatium adhibuit, ad eorum magnitudinem ostendendam.

Impium igitur argumentum est. Qui sudore sanguinem metu mortis coactus, inuiti morientes, affectu mortis oppressi, emittit, pusillo sunt animo, ac muliebri, molliem etiam plebeio homine indigna. At Christus sudorem sanguinem metu mortis coactus, immortuus moriens, emittit, victus timoris affectu. Pusillo igitur, muliebri, molli an mo fuit. Ecce qualem nobis Christum, qualem redem proitem, quam pudendum proponat, Calvinus-Turcismus. Si enim hæc ratio inatio non vires modo, sed vel speciem habet: Necesse est Christum timori, tristitiae, dolori, angustiae, agnitionibus animi, mori aliorum fuisse obnoxium, ac proinde non dominum suarum passionum. Ideoque & humana in illo vitia fuisse. Pusillo animo fuit Christus, si metu mortis sanguinem sudavit: Tāquam certum igitur statuit, metum in illo non fuisse libere ab illo assumptum, sed violenter incussum. Hæc ad impietatem arguunt.

tantis arguendam sufficiunt. Interim & hoc obseruandum est. Poffe etiam in homine minime molli, metu illius hominis oriri. si atrocia tormenta subeunda sint, si ab illis cogitandis animus non abducatur, sed imaginatio- ne, ac toto mētis intuitu in his meditandis fixus hæreat, consolationes internas non habeat, aut non admittat, alias multas tristitiæ causas videat, tenera & nobili sit corporis constitutione, & fortiter contra cohortem rerum tristium obluetur. quæ omnia in passione Christi Patres & interpretes considerent. Ego in eo peto, ut dicam, in metu sponte assumpto non esse molliorem, sed quod ille maior est, eo robustior a- nimæ patientiam, & portentosam esse, sponte tristitias tolerantem. Deinde vel ex eo solo Caluini argumento deestabilem apparere eius hæresin, qui Christi metum cum timore hominum mortis horrore pauen- tiam confert. Necessè est, ut Christum iudicari, non sponte suum, sed vi timoris in illam tristitiam abreptum. Ideoque timor ad tempus succubuisse.

§. 10. Cum exitu, seu damnationis metu Christum petulculum calumniatur, multo grauiorem maiestati illius homo nefarius iniuriam infert. Non enim Chris- tus damnationem metuit. Se enim Dei filium, & ele- ctum sciebat. Idque ab omnibus Prophetis prædictum. Si igitur damnandum se putauit, aut damnationem timuit, nec scientiam de regno suo, nec fidem habuit. Nec quicquam sapientiæ est in responso Caluini. [In præputio est, inquit, solutio. quum diuinæ maledictionis horrore percussus est Christus: sic tactum fuisse sen- sam carnis, ut fides illa esset, & incolumis maneret.]

Illum iam errorem omitto, quod Christo beato fi- dem tribuit non credebatur, sed videbatur, sciebat: Hoc ergo. Stant opere timuit æternæ mortis abyssum, eamque deprecatur, putauit igitur eius periculum esse. Non ergo fidem tenebat de sua salute, aut scientiam certissimam. Si illa dubitatione tactus est carnis sensus, etiam fides & scientia vacillarunt. Nam carnis nomi- ne, non carnis, aut carnis sensus, & facultates, sed ip- sam rationem, & liberum arbitrium Christi intelli- gendum est: Hoc enim percussus, quod deprecatur. Horret voluntas, & tristatur ob damnationem: quia ratio eam vi iam instatē apprehendit. Mens pericu- li esse iudicat, & quia tanta est trepidatio, aut dubitat, aut euitura putat, quæ timet, ideo enim deprecatur. Non autem potest, consistere cum tanta dubitatione, & trepidatione fides. Quemadmodum in illo fides non est, qui dubitat an Christus sit natus Messias, dum enim sic carnis sensus tangitur, etiam fides omittitur.

Quomodo vero horribilis exitus abyssus metu, & anxietate eum duriter cruciauit, quomodo precatur, ut Deum ab eo gurgite eriperet? Aliud verba probant. Impossibile est, transire a me calix iste. & vers. 42. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum fiat voluntas tua. Quam sceleratum autem sit, dicere: Christum iudi- cante, non potuisse transire calicem damnationis nisi biberet illum, & id patri reliquisse, facile ex eo colli- gere licet. Quod possibile non fuit, ut biberet illum: non enim possibile fuit damnari Christum.

Quin Caluinus secū ipse pugnat. Nam in his pre- cibus aliquam discessionem a Dei arbitrio concedit. Sed primū hic queri potest, quomodo ab omni vi- tio pura fuerit eius voluntas, quæ tamen cum Dei vo- luntate non congruebat. Nā si vnica boni & æqui re- gula est Dei voluntas, sequitur affectus omnes, qui ab ea dissident, esse vitiosos. Respondeo quāuis hæc vera sit æstudo, & formare nostros omnes affectus ad Dei arbitrium: esse tamen quandam obliquæ dissensionis speciem: quæ culpa caret, neque in peccatū imputatur: quemadmodum si quis tranquillū & florētē Ec- clesiam statim exspectat, si cupiat ærumnis liberatos esse Dei filios, sublatis ē medio omnes superstitiones, re-

pressam impiorum libidinem ne quid noceant. Hæc quum per se recta sunt, rite possunt a fidelibus expectari: quāuis aliter Deo placeat, qui vult filium suum re- gnare inter hostes, suos exerceri sub cruce fidei, & Eu- angelii victoriam contrariis satanæ machinationibus illustrari: Videmus ut pia sint vota, quæ in speciem a Dei voluntate discrepant, quia non exacte semper, vel scrupulose a nobis inquiri vult Deus, quid statuerit: ple, sed quod pro sensus nostri capta oprabile est, fla- gitaria se permittit. Iudicio igitur Caluini oratio Christi non omnino cū diuinā voluntate cōueniebat, at si damnationē deprecatus est, nulla erat, ne in spe- ciem quidem discrepantia. Noluit enim filium suum damnari pater. Quod vero addit hos affectus et si lon- gius excutirent, quam oportet, non fuisse vitiosos, non posse nos in hac naturæ corruptione perspicere feruorem affectuum cum temperie, qualis in Christo fuit, sed hūc dandum esse honorē filio Dei, ne eum ex nobis æstimemus, non excusat Christum, sed sese accu- sat. Ille enim Christum ex hominib. æstimat. Nam cū Mose, cum Paulo eum comparat. [Neque enim fideles in fundendis precib. semper ad speculanda Dei arcana conscendunt, vel tanquam in orio expēdunt, quid fa- ctu sit possibile. Sed votorum feruore interdū celeres feruntur. Sic Moses petiit deleri de libro vitæ. Sic Pau- lus petiit anathema fieri. Non fuit igitur hæc, medita- ta Christi oratio, sed vis & impetus doloris subitam ei vocem extorsit cui statim addita fuit correctio.]

Deinde multum timoris & tristitiæ procellas susti- nuisse existimat, ut iā docui. Denique omnia quæ attul- lit, eo pertinent, ut natura aliquid precatōni Christi defuisse demonstraret, ut ex ante dictis est manifestum. Nunc vero postquam multa cōtra Christum blasphem- ma dixit. Tandem negat eum ex nobis æstimandum, quod est verissimum, sed a Caluino non seruatiū. Mo- net nō intelligere nos affectuum feruorem cum tem- perie, quæ in Christo fuit, at paulo ante dixerat. [Non apparet placidam illam moderationem. Impetu do- loris vocem extortam, cui fuerit addita correctio, ab- lata memoriā cœlestis decreti, caliginem oculis ob- ductam, votum subitum excidisse, castigatum ac re- uocatum, Christum inter fructus tentationum vacil- lare.] Hæc similiaque ostendunt, nullam temperiem perfectā affectuum in Christo Caluinum agnoscere.

QVÆSTIO II.

Quid ex hoc loco Patres probarint?

§. 1. S. Ambrosius ex hoc loco probat, Christum humanā naturam suscepisse, ut etiam animā assumpse- rit. I. de incarnatione c. 7. Nam cum illud quod ait Domi- nus: Tristis est anima mea usque ad mortem, & infra: Pater meus si possibile est, transire a me calicē hunc: sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis: non ad Sp. S. confessionem sed ad rationalis assumptionem animæ, & naturæ humanæ refertur affectus, con- sequens est, ut per assertionem Domini Sacramenti, & pleni- tudinem naturæ humanæ fuisse astruamus in Christo & ab in- firmitatū præiudicio Spiritum S. separemus. Non est enim ob- noxiū infirmitati, qui non est obnoxius passioni. Quæro igitur quæ ratione animam putent quidā a Domino Iesu, non esse sus- ceptā. an quia metus est, ne sensu Christus laboretur humano?

§. 2. Athanasius ita humanam ab eo naturam esse assumptam, ut Christo fuerint duæ volūtaes, quo ar- gumento etiam vsi sunt posteri contra Monothelitas. Et quum inquit Petrus, pro certo habeat vnica domus Israel, quod Deus hunc Iesum Dominū & Christum fecerit, quem cru- cifixum: Non ibi de diuinitate eius verba facit, cum asserit eum Dominum & Christum a Deo factum esse, sed de humanitate eius quæ est vnica Ecclēsia: ea enim in eo, & dominatur & regnat. Et ex quo ille crucifixus est, etiam illa inmundā ad regnū cœlorum existimatur, ut regnauerimus cū illo, qui ea de causa se ipsum enacuauit & assumpsit seruilem speciem. Verbum enim qui

qui & Filius Dei, semper erat Dominus & Deus, neq. post crucem factus est Dominus & Christus, sed vt prædixi humanitate eius diuinitas fecit Dominum & Christum. Quum igitur dicit. Pater si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua: Spiritus enim promptus caro infirma est: duas voluntates tibi ostendit: alteram humanam, quæ est carnis, alteram diuinam. Siquidem diuina natura prompta est, humana vero ob imbecillitatem deprecatur passionem.

§. 3. Idem Arianos confutat orat. 4. contra eos: Illi enim Deum esse negabāt. Sed illi rursus deorsumq. circūcursitantes & quasi inde Heresin suam constituere possint. Ecce inquit lacrymatus est, dixitq. Spiritum suum turbatum esse deprecatusq. est, vt calix transiret: quomodo igitur is, qui ista locutus est Deus fuerit: aut verbū Patris. Quib. ille respondet. Scripta sunt ista quidem, quod steterit, & Dei perduelles, & quod turbatus fuerit, dixeritq. Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? &c. Transeat à me calix iste. Scripta inquam sunt ista, quis negat? Sed ego vellem vicissim & vos respondere: nam singula vestra elidenda sunt. si homo merus est, qui ista loquitur: lacrymetur & horreat mortem, vt homo: si autem verbum est in carne (nam eadem dicere non debemus grauari,) qui potuit Deus timere: aut vnde mortem timeret, quum ipse vita esset, & hocq. morte liberaret: aut qua ratione dicere posset, ne timeatis eos qui corpus occidunt, si ipse timebat: aut quomodo cum Abraham colloquium conferens ita locutus est: Noli timere, quia ego tecum sum. Moysesq. audacia corroborans contra Pharaonem, aut verba faciens cum Iesu Naue, ausus est dicere, Fortificare & vir esto: cum ipse expauerit Herodem & Pilatum & cū alijs opitulatorem se præbuisse ne metum conciperet: Dominus enim inquit adiutor meus, non timebo quid mihi faciat homo? si ipse, qui Dominus est mortaliū, mortales præfides expauerit? & vadens contra mortem, mortem exhorruerit? Qui (Quæso) non absurdum impiumq. hunc dicere mortem aut infernum exhorruisse, ad cuius conspectum ianitores inferorum, metu se contraxerunt: Quod si pro vestra opinione expauerit verbum: cur quum multo ante denunciaret sibi à Iudeis insidias fieri, non mature in fugam sese abripuit? Sed contra, quum ad mortem quæreretur, semetipsum voce indicauit. Ego sum inquit: poterat enim non mori. Vt ipse professus est cum diceret, Habeo potestatem deponendi animam meam, & habeo potestatem resumendi eam, & nullus eam auferet à me. Verum ista quæ exprobratis non propria sunt naturæ verbi, in quantum verbum est, sed eatenus eius sunt, quatenus verbum in carne erat, quæ istiusmodi affectus patiebatur, & Christi perduelles ingratiq. Iudei. Quippe cum ista referantur acta non ante carnem sumptam, sed tum denique cum verbum iam caro factum esset, & homo iam existeret. Tum demum inquam scriptum est eum ista humanitus dixisse, quamuis interim & Lazarum à mortuis excitauit, & ex aqua vini fecerit & cæco à natura visum restituerit.

Caluini
Ariani.

Plane eodem modo, quo nūc Caluiniani, ita olim Ariani contra Christū disputabant. Illi Deum ex proposito negabant, nostri sectarii dum hominē errantē, & moderationis expertem fingūt, etiam Deum negare coguntur. atq. ita in Arianismū reuoluuntur. Fieri enim non potest, quin si humanitas corrigenda committat, quin in Deum defectus conferatur. Omnes enim actiones Christi Domini, cum sit persona diuina, dignitatem ab ea sortiuntur, vt malæ esse non possint. Sunt autē actiones vt aiunt suppositoriū, seu τὰς ἐκτετακέναι, vt Græci dicunt. Si igitur Christus castiganda, corrigenda, reuocanda, immoderata vel agit vel dicit: Deus seu persona diuina ista agere, vel dicere cēsetur. Hinc etiam docent Theologi, ne absoluta quidem Dei potentia esse posse in Christo peccatum. Idq. tam de habituali, quam actuali peccato verum esse. Sequeretur enim consequentia firma, Deum fore peccatorem. Naturam igitur, q̃ diuina hypostasis ad vnionē personæ assumptæ, necessario gratia auxilioq. gubernat, vt omnia acta & dicta grata sint, & peccare nō possit. Qui igitur Christo motus & impetus tribuit, in quib. placida moderatio nō sit, eadem ille operā vnionem

hypostaticam & incarnationis & conomiam distulit. Ex eadē itaq. pharetra sunt tela Arianorum, & Caluinianorum: Ariani exclamant; Expauit, timuit, non ego Deus. Caluini; Elocutus est corrigenda. Oblitus est decreti Dei. Officium detre & cū, ex quo sequitur, ergo Deus. Arianos refutat Athanasius orat. 4. contra eos. De eo porro quod dixit, Si possibile est, transeat à me calix iste. Disce eum q̃ ista loquitur ante Petro inuocasse, vt diceret eum ea non sapere quæ Dei, sed quæ hominū essent. In ratiō erat hoc ipsum quod deprecabatur, vt qui eius rei gratia venerat. Caterum, vt eius erat id velle, qui ea de causa venerat, ita carnis erat expauescere, ac proinde vt homo hanc vocem edidit, vtrumq. tamē ab eo dicebatur, vt ostenderet se Deum esse, quatenus mortem volebat: hominem a. quatenus carnem gestaret metu concitāt. propter quā attemperauerat suam voluntatem humana infirmitati, vt metu mortis abolito audacem redderet hominem aduersus mortem. Ecce tibi rem plane admirabilem: quem enim veluti per pauiorem loqui existimēt Christi perduelles, ille alios homines incōsuetū aliqui pauiore interitus reddidit. Certe Beati Apostoli postea istinc animati, ita mortem contempserunt, vt non curarint Iudices, à quibus damnabatur, sed obediendum esse potius Deo quam hominibus. Alij cum Martyres ea fiducia audaciq. fuere, vt crederent sese potius al vitam transire, quam mortem sustinere. Qui (Quæso) non absurdum fuerit famulos verbi de fortitudine admirationi esse. Verbo autem ipsi timiditatem ascribere, cuius vi & opituli mortem vili penderunt. Caterum ex sanctorum Martyrum interantissimum proposito & fortitudine ostenditur. Deum enim fuisse in timore sed nostrum illum fuisse timorem, quem Iesus Saluator. Vt enim morte mortem abrogauit, & humanitatem humanitatis solito pauore nostram ademit, itaq. effecit, ne homines mortem timerent. Ista igitur simul & dixit & egit, quia humana erant, vt hanc vocem ederet. Transeat à me calix iste, & cur me dereliquisti? Sed tamen diuinitas illi solis deliquium induxit, & mortuos excitauit. Rursus humanitus inquit, nunc anima mea turbata est: illud autem diuinitus dixit. Potestatem habeo vt ponam animam meam, & potestatem habeo. Vt sumam illam:

Hæc Athanasius, nō vt ostendat, nō fuisse in Christo tristitiam, & timorem. Sed vt probet, non infirmo, & inuito, ab aliquo potentiore malo fuisse in cūsum. Plane eodem tendit argumētum Caluini. Nec potest negari consequentia, vt facit Athanasius. Non dicendum est, Deum correxisse, reuocasse, castigasse, quæ subito exciderunt, sicut dicimus per idiomatum communicationē, Deum mortuum esse, passum esse.

§. 4. Athanasius loco citato & Tert. contra Marcionem multis offendere conatur, hominem, non deitatem esse passum, tum enim iam ceperant germina Theopaschitarum. Vide etiam Epiph. contra Arianos. & Bellar. l. 4. c. 8. & c. 5.

VERSUS 41.

Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem, Spiritus quidem promptus caro autem infirma.

QUESTIO I.

Quomodo Spiritus promptus, caro infirma? §. 1. Post orationē redit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, Græcè ἐπελάει, & ἐκοιμήθη, in præteritū vtrumq. Petri præcipiē appellat, qui animos respondet. Vigilantē eos admonet, ne intrent in tentationē, ne absorbeantur à tentatione vt peccent. Recte Amb. de parad. c. 4. Nullū nisi qui vigilaret, sic carū esse debere demonstrat. Porro spiritum promptū, carnem infirmam esse admonet. Duæ a. interpretationes adferuntur. Amb. in c. 8. Rom. Vt in Spiritu Deum, in carne vero hominem significat, eodem modo ante interpretatus est Athanasius. Syrus pro carne dixit τὸ σῶμα, pag. 8, corpus.